UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Alexandro martyre. Cap[itulum]. cxxviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

preſbyteros. xiiij. diacones ſeptem: epiſcopos xiiij. Et ceſſauit epiſcopatus dies. vi.

¶ De ſancto Ludouico rege ⁊ cōfeſ. Cap. cxv.

Ludouicꝰ quintus francorū rex ſanctiſſimus patrem habuit chriſtianiſſimū ludouicū quartū qui multū hereticos debellauit. Poſt cuiꝰ obitū ſub matris tutela ſcilicet dñe blanche quādam filie regis caſtelle pie educatus in oī ſanctitate ꝓfecit: qui etiā nunꝗ̄ mortaliter peccaſſe in ſua vltima cōfeſſione cōpertus eſt. Sub cura magiſtri ⁊ fratrū predicatoꝝ ⁊ minorū ſacris litteris fuit imbutus. Deinde vxorē ducens filiū ex ea ſuſceptū religioſe nutriuit. Ipſe ꝟo vtens cilicio clādeſtine opibus penitētie inſtudebat: pauperibus ducētis quotidie ante cibū pſonalr̄ miniſtrabat. In menſa quoqꝫ ſp̄ tres paupes intra ſe diſcūbētes habebat. ¶ Poſt hec ardore fidei aſſūpta cruce ad terrā ſanctā acqrēdā cū exercitu copioſo trāſiuit. Et poſt multas occupationes terraꝝ: ipſe vt ꝓbaret eius patientia: ab infidelibꝰ captus eſt. Sed modico poſtea redēptus ꝑcio: quinqꝫ annis cōtinuis manſit in ſyria: caſtra plurima cōſtruens: captiuos redimēs: ⁊ multos ſaracenorū ſua religione ad fidē conuertēs. Audito ꝟo matris obitu in franciā rediit: ⁊ dū reuerteretur: maris tēpeſtatē ſua oratiōe ſedauit. Reuerſus aūt ad domū ſuā in virtutibꝰ ſemp̄ proficiens: capellā egregiā in ꝓprio palatio edificauit: vbi ⁊ coronā dñi ⁊ crucis dñice partē atqꝫ lanceā collocauit. ¶ Tandē poſt plurima annorū curricula cū fratribus ſuis copioſo exercitu cōgregato iterū mare trāſiuit: ⁊ thiniſſam applicās adiacentē regionē faciliter occupauit: vbi fixis tērorijs febre corripit̄: ⁊ pluribus diebus decūbens ſacra ſumpta cōione xp̄m ingiter inuocās ſup̄ ſtratū cinereū in modū crucis extenſum poſt laudabilia virtutū opera ſuū domino ſpiritū tradidit. viij. kalē. ſeptēbris anno dñi. M. cclxx. Corpus ꝟo eius delatū in franciam apud ſanctū dionyſiū pariſieñ. ſepultum eſt; mirabilibus ſignis coruſcans.

¶ De ſanctis Hireneo ⁊ Abūdio martyribus Cap. cxvi.

Hireneꝰ ⁊ abūdius martyres paſſi ſunt rome ſub decio ceſare ⁊ valeriano prefecto. Cū eñi valerianus corpus ſcē concordie martyris ꝓ xp̄o paſſe in cloacā iactari feciſſet: ⁊ qdā miles: noīe porphiriꝰ hireneo cloacario occulte xp̄iano illud indicaſſet; ſperans in veſtimentis ſancte gēmas vel aurū inuenire: vt ſupra dictū eſt in paſſione hippolyti ⁊ ſociorū idibus auguſti: hireneꝰ predictꝰ effoſſo loco vna cū porphyrio corpus concordie de cloaca leuauit: ſed inveſtimētis eius nihil inuenit: vñ porphyrius aufugit. Hireneus ꝟo xp̄ianū quendā noīe abundiū ſecū vocauit: qui corpus martyris ad preſbyterū iuſtinū tulerūt: ⁊ ipm̄ vna ſecum ſepulture tradiderūt. Hoc audiens valerianus hireneū ⁊ abundiū teneri fecit: deinde poſt dies. xij. iuſſit: vt ambo viui in ipſa cloaca necarent̄: qui necati ſunt. viij. kalen. ſeptēbris: quorū corpora iuſtinus preſbyter inde leuauit: ⁊ iuxta corpora ſanctorū laurentij ⁊ ceterorum in crypta in agro verano ſepeliuit.

¶ De ſancto Secundo martyre Cap. cxvij.

Secūdus martyr apd̄ caſtrū vigintimilium italie tp̄e maximiani imperatoris paſſus eſt: q̄ vir ſpectabilis et dux ex ſacra thebeorū legione āte beatū mauritiū ⁊ ceteros pro cōfeſſione nominis chriſti poſt vincula ⁊ carceres martyriū capitis abſciſione compleuit. viij. kalendas ſeptembris: vt ait ado.

¶ De ſancto Alexandro martyre. Cap. cxviij.

Alexander martyr apud bergomū italie ciuitatē paſſus eſt ſub maximiano imperatore. Qui cū eſſet miles eiuſdē ceſaris: ⁊ a legione ſanctorum thebeorū fidē percepiſſet. Cū imperator veniſſet mediolanū: ⁊ poſita idolorū menſa ipm̄ ſacrificare cōpelleret. Alexander menſam calce percuſſit: et euertit. Quē imperator vni ex militibus decapitandū tradidit. Cumqꝫ ille diuino terrore percuſſus: ipſum ferire non auderet. traditur alijs militibus occidendus. Alexander ꝟo diuina promiſſione manus eorū aufugiens bergomū venit: vbi xp̄m annūciens aliquos conuertit. Ad quē tandem milites venientes ipſum detentū ⁊ ſacrificare nolentē: gladio percuſſerunt. viij. kalendas ſeptembris: cuius corpus a grata matrona in predio ſuo iuxta murum ciuitatis bergomenſis ſepultum eſt.

¶ De ſancto Rufo martyre Cap. cxix.

Rufus martyr apud capuā paſſus eſt. Hic patricie dignitatis inſignis: cū eſſet ex conſule dux rauenne: beatus apollinaris ep̄s ⁊ martyr filiam eius a mortuis ſuſcitauit: ipmqꝫ in fide docuit: ⁊ ba-